AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 248
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sed ad illum redita quo ipsa prima anima facta est. Ac per hoc illud
quod scriptum est de spu cuiusq: hominis. quod redeat ad dm qui
dedit eum. non soluit istam obscurissimam quaestionē. Quia siue
ex illo uno. siue nullo alio. dsitaq: dedit eum. Item que illi qui pro
paginem animarū inconsideratu temeritate defendunt inter alia
testimonia quae suae causae suffragari arbitrantur. nullum quasi
manifestius & ex praeessius pro se possunt putare pferendum.
quam id quod in genesi scribtum est. Omnes autem animę quae in
troierunt cum iacob in aegr ptū. qui exierunt de femoribus eius.
Hoc enim uelut euidentissimo testimonio possunt credi animę in filios
ex parentibus ppagari. qnm satis a peste dictum uidetur. Animas
etiam de femoribus iacob non sola exisse corpora filiorum. Ut eo modo
etiam illud intellegi uelint a peste totum quod dixit adam. cum illi
mulier eius ostenderetur. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro
de carne mea. Non enim dixit. & anima de anima mea. sed ita
fieri potest ut carne nominata utrumq: intellegatur. sicut hic
animas nominauit. tamen etiam corpora. in filiis intellegi uoluit.
Sed hoc testimonium ceste quasi tam darum atque manifestum enodanda
huic questioni non sufficeret. nec si ita legeretur genere feminino
quae exierunt de femoribus eius animas intellegeremus quae exi
erunt. Ideo autem non sufficeret. qnm & animae nomine corpus
solum posse significari modo quodam locutionis ostenditur. quo
significatur p id quod continetur. illud quod continet. Sicut ait
quidam. uina coronant. cum coronarentur uasa uinaria. Uinum
enim continetur. & uas continet. sicut ergo appellamus ecclesiā
basilicam. qua continetur populus qui uere appellatur ecclesia.
aut nomine ecclesię. id est populi qui continetur significemus locū
qui continet. Ita quod animę corporibus continentur intellegi
corpora filiorum p nominata animas possunt. Sic enim melius
accipitur etiam illud quod lex inquinari dicit eum. qui intrauerit